





COLLEGII FEVDALIS  
DISPUTATIO V.  
De  
REGALIBVS.

Quam,  
Divinâ aspirante gratiâ  
In celeberrima VVitebergensium  
Academia,

SVB PRAESIDIO  
HELFRICI VLRICI HVNNII  
Marpurgensis Hesi U. J. D.  
Privati exercitiij causa proponit  
BERNHARDUS REINECCIUS  
Schermbecâ-Saxo.

Ad diem 20. Iunii horis 8 loco solitis.

VVITEBERGÆ  
Typis Laurentij Seuberlichij.

12.

pleraque Regalia expta sub 4. 56 q. sint regal r. f. propria, in Landis  
e. C. iura fisci appellanda, sub tit. de iur. fisci.

Differunt a. hoc: Superiorum, Summa Potestas, Maiestas, sine subordi-  
nati Imperatoris, e. Regalia. Hoc illig. eadem sunt adiuncta: Illa est  
idignitas, per quod Imperator est id, quod est, e. cui subijciuntur  
Regalia.

Dux, Comes, Marchio perpetui loci Magistratus sunt e. oia illa possunt  
quod hinc subditos q. p. Imp. in imperio. E. in. f. in. e. q. e.  
apparet, q. nulli Principum in suo Principatu abq. speciali Imperatoris e. Uel  
etiam omnium auctoritate nova instituta aut vetera augere vestigia p.  
E. d. idem habent imperium, d. ad. vera. Roman. Imperatoris subiecti d. i.  
sunt, cum Par in Paren imperium subest nullum. l. ille is s. temp.  
d. i. q. d. ad. Sc. Tribell. l. q. ff. de arbit. e. immobit. s. q. d. i.  
in f. de elect. e. cl. p. hoc. de reg. c. q. n. s.

51

DISPUTATIO V.

De

REGALIBVS.

THESIS I.



Idem est proxima disputatione de rebus quæ in feudum dari possunt: Cùm verò ex illarum numero sint quoque *Regalia*; Et quidem inter easdem haud postremum locum obtineant; suaq; amplitudine & maiestate cæteras omnes facile superent; operæ precium nobis visum est, seorsim ac peculiari disputatione illa pertractare.

II. Appellata autem sunt *Regalia* à Rege: qui in iure nostro frequenter Imperatorẽ denotat: Quamvis aliàs Regem Romanũ ab Imperatore multum differre, non inficiemur. *tit. 26. in pr. v. si vero ad regem. lib. 1. F. tit. 54. lib. 2. l. fin. C. de LL. l. 3. C. de quadriennij prescriptione cap. inter dilectos. S. sed contra. de fide instrum. cap. venerabilem de Elect. Rosenthal. in synopsi feud. cap.*

A 2

cap.

cap. 5. concl. 1. n. 3. Bocer. de Regal. cap. 1. num. 17.  
Regner. Sixtin. de regalibus c. 1. n. 1. & seqq. Ult.  
de feud. lib. 1. c. 5. n. 6.

pot. ut sum. vel faci.  
exi. vel recipiendi,  
vel permittendi, vel ex  
igendi, vel possidendi  
aliquid Bocer. d. n. 1.

III. Sunt enim regalia, definiente Bocero, jura  
soli Imperatori Romano propria in signum su-  
preme eminentie, & imperij utilitatem tributa.  
in tractat. de Regalibus cap. 1. n. 1. Diss. varie Interpp.  
circa definitionem regalium.

III. Jura sunt sive potestates aliquid vel faci-  
endi vel præcipiendi, vel permittendi, vel exigen-  
di, vel possidendi, prout ex speciebus mox subji-  
ciendis patebit, Bocer. d. cap. 1. n. 2.

V. Ex quo facile deprehenditur error *Francisci  
Hotomanni* regalia feuda cum regalibus passim  
cōfundentis, ac pro uno eodemq; accipientis: Re-  
gner Sixtin. in d. tractat. de Regal. cap. 1. n. 8. Niell.  
in Disput. feud. ult. th. 1. lit. b. vide Hotom. in disput.  
feud. cap. 6.

VI. Sunt autem talia jura quæ soli Imperatori  
competunt id quod fatis aperte probat textus in  
tit. constit. *Frider. de pace constantia. S. volumus* in  
verb. *Ea quæ specialiter ad nostram excellentiam  
spectant.* Itemq; text. in Recess. Imperij de anno  
1576. *S. dadurch dann. ibi zu vnser Keiserlichen ho-  
heit vnd Reservaten* Bocer. d. c. 1. n. 3. & 7. Sixtin.  
de Regal. cap. 1. num. 15. & 16. Borcholdt. ad  
cap.

cap. unic. quæ sint regalia n. 2. Rosenthal, cap. 5. concl. 2. n. 2. § 3.

VII. Quamvis enim alij quoque principes, Romanū Imperatorem Dominū ac superiorē recognoscētes, regalia habeant; Nō tamen ea, ut Imperator, proprio ac suo jure; sed beneficio atque ex concessione illius obtinent, Bocer. de regal. c. 1. n. 5. Sixtin. d. c. 1. n. 17. Vult. de feud. lib. 1. cap. 5. n. 7.

VIII. Concessio verò ista duplex est, expressa, & tacita quæ præscriptione inducitur. Vult. d. n. 7. Sixtin. d. num. 17. § Bocer. d. n. 5.

IX. Expressâ concessione quin regalia, non solum fisci, sed & majestatis; seu, ut vocant majora regalia, inferioribus & sibi subiectis Imperator Romanus deferre possit; vix est quisquam qui dubitet; Adeo ut hoc etiam indistinctè de omnibus ac quibusvis regalibus majestatis vulgò affirmare solent. Borchold. in d. cap. unic. Quæ sint regalia, n. 7. § 8. Matth. Stephani in tractat. de Jurisd. lib. 2. part. 1. cap. 1. membr. 1. n. 81. § seq. Covarr. ad cap. possessor § 2. n. 8. v. Tertia species. de R. I. in sext. Niell. in disput. feud. ult. th. 1. lit. d. Rosenthal. c. 5. concl. 10. § II.

X. Rectè tamen Bocerus excipit jus indicendi bellum publicum, condendi leges universales, tribuendi alijs potestatem instituendi nova vectiga-

*Etia non modo Imperator Romanus A sol; Princip Romanus lia: indicendi bellum. 1. hostes q. de capt. et poss. rev. 3. hostes de. s. et p. etiam leges universales. l. de cons. Princip. Sed o. ad hunc Principem Electores et Imperatoriam Statuum Imperij auctoritas ad indicendam bellum publicum et condendam legem universalem hinc etiam potestatem instituendi. vectigalium jurisdictionem destituti sunt. et Imperij hanc auctoritatem legum Ba. d. h.*

Non potestive 2.  
quibus non omnino  
id est illorum regalia  
se abdicaverit, sed  
Cumulative 1. ut  
non minus exercere ea  
dem in loco illo  
possit, quoniam in  
causis istis, quibus  
id est imperij, et tunc  
eis omnino alienare  
minime potest. in c.  
intellectu 3. d. de iurij.  
  
ita h. cap. in cons.  
de pace in senatu  
et Romanorum  
videtur q. volens  
ut regalia  
Et facti h. in l. can.  
l. in i. 13. d. de iur.  
in ii. ff. de instrum.  
vel instrum. legat.  
  
in generali d. de i. 1.  
2. ff. de i. in g. rali  
c. 4. d. de off. delegat.  
in regim. 1. ff. de iur.  
in i. de iur. d. de i. 1.  
in i. de i. in c. de  
de i. de i. 1. volens  
in i. de i. 1. ff. de  
cap. h. in i. de i. 1.  
Rationem de off. 7. d. p. 20. d.  
de i. de i. 1. ff. de i. 1.  
in i. de i. 1. ff. de i. 1.

lia: Hæc enim imperatorem alijs concedere non posse ratio juris & Imperij praxis satis luculenter docet. *Bocer. in d. tractat. de regal. c. 4. n. 2.*

XI. Quod si igitur Romanus Imperator alicui generaliter concesserit regalia, utrum hac generali concessione etiam majora regalia contineantur? Quæstionis est ardua. Affirmamus id tamen indistincte, sic ut non privativè, sed cumulativè intelligantur hoc casu ab Imperatore concessa. *Bocer. d. c. 4. n. 5. Diss. Borcholt. ad d. cap. unic. Quæ sint regalia. n. 7. § 9. Rosenth. cap. 5. concl. 14.*

XII. Aliàs verò concessio regalium strictè accipienda est: Adeò ut, concessis quibusdam regalibus, concessio isthæc ad similia porrigi non debeat. *Niell. in disput. feud. ult. th. 1. lit. d. Bocer. d. cap. 4. n. 9. Diss. Borchold. ad d. cap. unic. n. 10. Rosenthal. cap. 5. concl. 13. n. 4.*

XIII. Hinc etiam regalium concessio facta non præsumitur; cum maximè regalia sint Imperatori in signum privilegij singularis reservata: Et ideo etiam concessa alicui urbe aut provinciâ aliqua cum omnibus illius pertinentijs; Non tamen regalia eidem concessa existimantur. *Bocer. d. cap. 4. n. 12. Diss. Vult. lib. 1. de feud. cap. 5. n. 7. v. sunt tamen.*

XIII. Pariratione concessio alicui castro cum juris.

jurisdictione, mixto & mero imperio regalia <sup>non</sup> con-  
cessa praesumuntur. *Bocer. d. cap. 4 n. 13. c. i.*

XV. Et Imperator investiens aliquem de feudo  
regali, veluti de Ducatu, Marchionatu & Comi-  
tatu, non intelligitur simul investito regalia con-  
cessisse *Niell. in disput. feud. ult. th. 1. lit. d. §. in fine*  
*Bocer. de regal. cap. 4. n. 3. Diss. Borcholt. ad d. cap. unic. qua sint regalia. n. 8. Peregrin. de jure fisci. cap. 2. n. 17.*

XVI. Praescriptione velut tacita Imperato-  
ris concessione acquiri regalia alijs etiam im-  
peratori subjectis supra dicebamus, Quod de praes-  
criptione temporis duntaxat immemorialis acci-  
pi debet, ut eleganter probat *Bocer. in d. tractat. de regal. cap. 4. num. 45. & seqq: post Niellium in disput. feud. ult. th. 1. lit. d. Rosenthal. d. c. 5. concl. 16. Vult. lib. 1. de feud. c. 9. n. 21.*

XVII. Subijcitur in definitione quod regalia  
competant imperatori in signum supremæ emi-  
nentiae & imperij utilitatem, Etenim sunt quæ-  
dam regalia quæ Dignitatem imperatoris, eiusq;  
supremam auctoritatem & praeminentiam ma-  
gis quam utilitatem concernunt. Et sunt vicif-  
sim alia quæ magis utilitatem Imperatoris eius,  
que fiscum quam personam ipsius ac praemis-  
sionem spectant *Vult. c. 5. m. 7. Borcholt ad d. cap. unic. qua sint regal. num. 4.*

Hinc



*quodammodo signo so examine*

Comite Palatino legitime creatos non minoribus  
privilegiis gaudere, quibus gaudent illi, qui in A-  
cademiis & universitatibus privilegiatis, promoti  
sunt, probat eleganter novissime Matthias Stepha-  
ni in tractat. de Jurisdictione lib. 2. part. 1. cap. 6.  
membr. 1. n. 74. Et seqq. contra Guidonem Papam in  
decis. Gratianop. qua. 88. Et quest. 338. n. II. Me-  
noch. consil. 126. n. 18. Coler. in process. execut. part. 2.  
cap. 3. nu. 129. Rutger. Ruland. de commiss. Et com-  
mission. part. 1. lib. 1. cap. 14. n. 8.

*c. p. d. de maj. c.  
d. d. c. p. c. in. fac. d.  
l. non leg. c. d. v. r. u.*

**XXIV.** Quartum regale majus est jus constituendi  
et creandi magistratus ad justiciam expediendam arg. tit.  
56. lib. 2. Feud. Et tit. 53. §. homicidium vers. iudices.  
lib. eod. 2. Bocer. d. tractat. de Regal. cap. 2. num. 67.  
Sixtin. c. 2. n. 25. Et c. 17. Rosenth. cap. 5. concl. 87.

**XXV.** Quintum, jus creandi Comites Palati-  
nos, Sixtin. de regal. cap. 2. nu. 23. Ferrar. Montan.  
lib. 2. de feud. cap. 1. Et 7.

**XXVI.** Sextum est jus condendi legem univer-  
salem, l. fin. C. de LL. §. sed Et quod principi placuit  
Inst. de jur. Nat. Gent. Et civil. Iohan. Bodin. lib. 1. de  
Republ. cap. 10. Bocer. cap. 2. nu. 61. Et seq. Sixtin. d.  
cap. 2. n. 6.

**XXVII.** Eodemque referendam existimat potesta-  
tem quoque legem universalem interpretandi: cum  
ejus sit legem interpretari cuius est condere; dicen-  
te Iustiniano in d. l. fin. C. de LL. Bocer. d. c. 2. n. 66.

*In illa l. differentia statim h. infor. Imper. Brachio v. id est. Num  
interpretatio est ab eis, cum illis vis tanta sit, ut per lege  
omnino salubri; hinc qd. ubi inter. Parquet facere potuit l. gen. ff.  
de s. o. s. non a. inter omnes. Sed. d. l. n. y.*



**XXVIII.** Nū igitur hæc facultas interpretādi & explicandi leges lētis & iudicibus penitus adempta, & ad Imperatorem translata est? Non putamus. arg. l. 8. C. de iudic. §. responsa. Institut. de iur. Nat. Gent. & civil. l. 12. 13. 14. 15. 17. 18. 19. 26. 27. 28. de Legibus. vide Donell. l. Com. 13. Giphan. ad l. 90. d. R. I. Godd. in l. 6. §. 1. n. 9. ff. de U. S. Anton. Fabr. in Rational. ad l. 8. ff. de LI.

*in vestigiis de la. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.*  
**XXIX.** Ius condendi statuta itidem nonnulli regalibus maioribus accensent; quos tamen re-  
cte Bocerus reprehendit in d. c. 2. n. 64. Diss. Niell.  
in disp. feud. ult. th. 2. lit. E.

**XXX.** Septimū regale maius est jus legitimandi naturales liberos. Nov. 89. Borcholt ad cap. unic. que sint regalia n. 4. Bocer. d. c. 2. n. 68. Sixtin. d. c. 2. n. 11.

**XXXI.** Ad quam legitimationem consensus agnatorum & cognatorum non esse necessarium, verius est, arg. Nov. 74. & Nov. 89. Bocer. d. c. 2. n. 87. Diss. Fachin. 3. contr. 62.

**XXXII.** Et ideo opus non est ut pater in supplici libello, quem pro legitimandis liberis suis naturalibus Imperatori offert, mentionem agnatorum & cognatorū suorū inserat Bocer. cap. 2. n. 99.

**XXXIII.** Sed hæc tamē cum de feudi successione quæritur, secus se habent: Nec enim Princeps, ex plenitudine etiam potestatis, non consentientibus Domino feudi & agnatis, poterit ad successionem

tionem feudi naturalis legitimare: Quae etiam  
sententia crebriore Interpp. calculo recepta et ap-  
probata est, arg. tit. 7. in pr. Et tit. 13. lib. 1. F. l. 2.  
in fine l. 5. ff. de natal. restitut. cap. scelus. 21. caus. 2.  
quest. 1. l. 7. C. de prec. Imp. off. l. 2. C. pro quibus caus.  
Fachin. 7. controvers. 49. Heig. in com. ad tit. 1. Et  
seqq. Inst. lib. 3. de legitim. succ. cap. 5. n. 174. Et nos  
latius dicemus inf. in disput. de success. feudi.

XXXIV. Etsi vero hanc legitimationem quidam  
revocari existiment, si postea pater uxorem ducat  
& liberos legitimos ex illa procreet: verior tamen  
nobis videtur contraria opinio. Nov. 89. c. 8. Nov.  
74. in pr. §. sancitum namq. l. si ut proponis. 3. C. d. co-  
firm. tut. l. 34. ff. de adopt. Boc d. cap. 2. n. 70. Et seqq.

XXXV. Octavum est jus tribuendi Adolescen-  
tibus veniam aetatis, ut ipsemet absque curatoribus  
bona sua administrare & libere contrahere cum  
alijs possint, l. 1. ibi à principali clementia l. 2. in pr. et  
§. ult. l. 3. Et l. fin. C. de his qui veniam aetatis. Sixtin.  
de regalibus cap. 2. n. 13. Boc d. c. 2. n. 131.

XXXVI. Nonum est jus absolvendi à juramen-  
to quoad effectum agendi Vult lib. 1. de feud. c. 5.  
n. 7. Borcholt, ad cap. unic. quae sint regalia n. 4. Boc d.  
in d. c. 2. n. 135.

XXXVII. Decimum est jus creandi tabellio-  
nes five notarios, Sixtin. d. c. 2. n. 25. Zas. part. 5. n.  
14. Boc. cap. 2. n. 161. Niell. disp. feud. ult. th. 2. lit. G.

**XXXVIII.** Undecimum est jus erigendi universitates literarum sive Academias, *Vult. d. c. 5. n. 7. Zas. in d. part. 5. n. 14. Sixtin d. c. 2. n. 21.*

**XXXIX.** Duodecimū regale maius est jus in dicens bellum *l. 3. §. Eadem lege f. ad L. Iul. maiest. l. Neminem 17. C. de re milit. Bocer. in tract. de bello & duello lib. 1. cap. 5. et in tract. de regal. cap. 2. n. 141.*

**XL.** Decimum tertium est jus restituendæ famæ, *Niell. disput. ult. thes. 2. lit. d. Bocer. d. c. 2. n. 113. per l. 1. in fin. ff. de question. l. 1. de Natal restit.*

**XLI.** Decimum quartū est jus pronunciandi ita, ut à sententia appellari non possit: Hoc enim jus soli Imperatori cōpetit, *l. 1. in pr. ff. à quib. appellare nō licet. Sixtin. de regal. cap. 2. n. 8. Bodin. lib. 1. de Republ. cap. 10. Bocer. in tr. sæpè citato de regal. c. 2. n. 241.*

**XLII.** Decimum quintum est jus concedendi Iurisdictionem *arg. tit. 56. quæ sint regalia lib. 2. F.*

**XLIII.** Sed num & merū Imperium regalibus annumerari debet? Expeditū non est. sunt qui affirmant, & sunt e contra qui negent: Nobis negantium sententiæ subscribendum videtur, per eam quæ tradit *Boceras in d. tract. de Regal. cap. 1. n. 24.*

**XLIV.** Enumeravimus hæcenus præcipua majorum regalium: videamus nunc quæ sint regalia fisci, seu, ut vocant regalia minora: Illorum verò quædā & quidē ea quæ majoris vidētur, momēti recensentur in *cap. unic. quæ sint regalia;* de quibus

bus pro instituti ratione breviter.

**XLV.** Sunt autem *minora sive fisci regalia*, ut ex prædictis patet, nihil aliud quam jura, quæ ad cōservandum & augendū fiscum Imperatoris perti-  
nent, *arg. tit. 56. quæ sint regalia lib. 2. F.*

**XLVI.** Quorum primū est regale Armandiæ: quod quale & quodnam sit, omniū maximè con-  
troversum est inter FF. E quibus tamen probabi-  
lior videtur illorum interpretatio, qui illud de ju-  
re arma fabricandi, sive de jure habēdi fabricas ar-  
morū bellicorū, ac armamētaria publica explicāt.

*Bocer. de regalib. cap. 2. n. 138. Sixtin. de regal. cap. 3.  
Henning. Armif. in tr. de jurib. maiestat. cap. 4. n. 2.  
Cujac. & Hotom. in d. cap. unic. quæ sint regal.*

**XLVII.** Secundum regale minus est via publica: quatenus scilicet Imperatori jus est cogēdi cives Ro-  
manos, magistratus maximè provinciæ & terri-  
torij cuiusq; ut vias publicas & muniant & tutas  
reddant, *Bocer. in d. cap. 2. n. 144. & seq. Sixtin. de*

*Regalibus cap. 4.*

**XLVIII.** Etsi enim sint quidam, qui existimēt vias publicas earumq; curā ad principes impera-  
tore inferiores, itemq; civitates spectare: Eorum  
tamen sententia bene refutatur à *Sixtino in d. cap. 4. & Bocero in d. c. 2. n. 144.*

**XLIX.** Hinc verò exurgit quæstio admodum  
elegans & perquam difficilis de Homicidio in via

B 3 publico

publica commisso, ad quemnam eius spectet cog-  
nitione & executio? *Henricus Bocerus Alciatū &*  
*alios quosdā, quos ipse allegat, secutus existimat*  
*eam pertinere ad illum magistratum, qui circum-*  
*quaq; territorium & in eo jurisdictionem habet,*  
*d. c. 2. n. 145.*

*l. d. in sum. c. hinc  
C. d. S. Eccl.*

*L. Sed rectius alij homicidij commissi cognitio-*  
*nem illi deferunt, cuius est jus regale in eadem via*  
*publica, Zang, in tract. de except. part. 2. cap. 1. nu. 9.*  
*Schneide v. v. ad S. ult. Inst. de jur. Nat. gent. et civil.*  
*Et ad S. summa autē division. 67. I. de Interdict.*  
*Borcholt ad d. cap. unic. quæ sint reg. n. 25.*

*l. 2. d. de flum.  
l. 1. f. 0. 4. C. de aqua  
Boc. in sum. flum.  
publ. ad Regalia  
Manifesto refert d. l.*

*L I. Tertium regale sunt flumina navigabilia,*  
*& ex quibus fiunt navigabilia: Eâdem scilicet ra-*  
*tione, qua vias publicas diximus ad regalia refer-*  
*ri: Quatenus nempe illa munire & tuta reddere à*  
*prædonum incursionibus imperatori incumbit,*  
*Rosenthal. cap. 5. concl. 24. Bocer. d. c. 2. n. 164. Diss.*  
*variè interpp. quorum opiniones recenset ac refutat*  
*Bocer, in d. n. 164. vide etia Regner. Sixtin, in tract.*  
*de Regal. c. 5.*

*LII. Quartum regale est portus: qui hoc in lo-*  
*co significat stationem conclusam et munitam,*  
*eumq; locum in mari vel flumine ubi naves tuto*  
*stare possunt, & à ventis, procellis & pyratis secu-*  
*ræ sunt. l. 1. §. stationē 13. ff. de fluminibus, vide omni-*  
*nò Bocer. c. 3. n. 130. *et l. ult. c. 1. q. 1. ibid. ex p. h. de portu m. d. m.**

*LIII. Refertur aut portus inter regalia ratione ve-*  
*ctiga.*



*q. h. inl. inter p. l. l. i. s. p. l. l. i. a. n. i. b. e. x. g. l. v. e. c. t. i. g. a. l. i. a. d. e. v. r. s.*

ctigalis, quod ex naviū statione filco imp̄ cratori  
solvitur, *latè Boc. post Cujac. et Hoto. in d. c. 3. n. 131.*

LIV. *Quintum* regale sunt Ripatica: Quæ Sixti-  
no interprete sunt proventus & commoda, quæ  
tanquam vectigal quoddam occasione riparum  
percipiuntur, *Sixtin. in d. tractat. de regal. c. 7. Bo-  
cer. in d. cap. 3. n. 136.*

LV. *Sextum* regale minus sunt vectigalia, quæ  
vulgò telonia appellantur: Etenim solius impe-  
ratoris proprium est vectigalia nova, propria au-  
thoritate instituere; nec id ulli alij ex principi-  
bus superiorem recognoscentibus licitum est,  
*Sixtin. de regalibus cap. 8. n. 4. & seqq.*

LVI. A vectigalis verò præstatione immunes  
sunt studiosi literis in Academiis publicis ope-  
ram navatis: cuius immunitatis & privilegij ra-  
tio non petenda est ex *l. si universi. C. de vectigal.*  
sed potius ex *Auth. Habita C. ne filius pro patre.*  
prout eleganter docet ac perspicuè demonstrat  
*Regner. Sixtin. in super citato tract. de regal. cap. 8. nu. 73. &  
seqq. Bocer. d. c. 2. n. 200. & seqq.*

LVII. *Septimū* est ius cudendæ monetæ: quod  
adeò propriū est Imperatoris, ut si quis alius, qui  
ex principis concessione non obtinet, sibi usur-  
parit, licet aliàs probam monetā percusserit, pœ-  
næ tamē arbitrariæ nihilominus subjacet, *per  
Const. Caroli V. in constit. crim. artic. 115. Sixt. d. c. 8. n. 91.*

LVIII. In eos verò qui non probam sed falsam  
monetā cudunt pœna ignis animadvertitur: idq;  
*indi-*

indistinctè: sive hoc in Imperatoris moneta, sive  
in inferioris alicuius designent, *Sixtin. d. c. 8. n. 93.*  
per l. 2. C. de fals. monet.

LIX. *Octavum* regale sunt mulctarum pœna-  
rumq; compendia: Quid mulcta differat à pœna  
latius explicatur à *Gæddæo et Alciato in l. 131. ff. de*  
*V. S. Henrico Bocero in d. tract. de regal. cap. 3. n. 9.*  
*Et seq. Sixtino in cap. 10. de regal.*

LX. Vtramq; verò fisco vindicari & inferri o-  
portere anteriorum etiam Imperatorum consti-  
tutionibus cautum erat, ut *in l. mulctarum C. de mo-*  
*do mulctarum, Et l. quicumq; S. si verò ignorant. in*  
*fine. C. de hæretic. Sixtin. d. cap. 10. n. 27.*

LXI. Neque hoc ullam dubitationem habet;  
saltem de pœna quæ ex popularibus actionibus  
reo imponitur dubitatum est, cui applicari debeat;  
actori an fisco; an verò inter utrumq; dividenda  
sit: Nobis, salvo aliorum iudicio, placet eorū sen-  
tentia, qui distinguunt, ut si actio civiliter intentetur  
parti agenti; sin verò criminaliter fisco appli-  
cetur, *Gædd. ad l. 12. n. 15. Et seqq. ff. de V. S. Bocer.*  
*in tract. de regal. cap. 3. n. 25. vide Wesenb. in parat.*  
*de iurisdic. n. 13. Duaren. ad l. 7. ff. de Iurisdic. Et*  
*ad tit. ff. de Sc. Silian. Regner. Sixtin. in d. c. 10. nu.*  
*57. Et seqq.*

LXII. Ius porro mulctæ dicendæ omnibus  
competit magistratibus quibus publicè iudicium  
est;

est; cuiusmodi sunt magistratus soli praesidesq;  
provinciarum, l. 2. §. fin. ff. de iudic. l. 131. ff. de V. S.

LXIII. Sed num etiam magistratui municipa-  
li? Negantium sententia verior videtur, arg. d. l.  
2. §. fin. ff. de iudic. l. 131. §. fin. ff. de D. S. Scipio Gen-  
tit. in tract. de iurisd. lib. 1. cap. 7. Muscorn. de Iurisd.  
n. 116. Vesemb. in parat. ad tit. si quis jus dicenti. n.  
3. Diss. Bocer. in d. cap. 3. n. 12.

LXIV. Nonum regale minus sunt bona vacantia,  
sive bona eorum, qui sine herede decedunt l. vacan-  
tia, C. de bonis vacant. l. pen. C. de praef. et sac. cubil.

LXV. Ea q; de re ita scribunt Honor. Theod. &  
Constan Imp. Vacantia, inquit, mortuorum bo-  
na tunc ad fiscum jubemus transferri, si nullum  
ex qualibet sanguinis linea, vel juris titulo legi-  
timum reliquerit intestatus heredem. d. l. vacan-  
tia. 4. C. de bon. vacan.

LXVI. Hinc quaestio suboritur haud perinde  
expedita; Num agnati & cognati ultra gradum  
agnationis & cognationis decimum constituti, in  
successione fiscum excludant? Affirmantium pla-  
cet sententia, per l. 2. §. agnati ff. de suis & legitim. <sup>2. coher. ff. de leg. agn.</sup> <sup>ff. de iur. h. de iur. h.</sup> <sup>agnat.</sup> Hen. d. 12. §. 13.

Nov. 118. c. 3. in fine. Donell. 9. com. 4. Borchol. de  
grad. pag. (C. mihi) 253. Harpr. ad pr. Institut. de hered.  
quae ab intestat. def. n. 412. §. seqq. Bocer. in d. c. 3. n.  
30. §. seqq.

LXVII. Deficientibus tamen agnatis dubium non est,  
quoniam tutori in bonis pupilli vacantibus fiscus praeteratur:  
idque haud obscure innuit d. l. 4. C. de bon. vacant. Harpr.

C

ad d.

¶ d. d. pr. n. 442. & seqq. Hotom. & Petrus Fab. ad l. 73. de R.  
I. Bocerus in d. tract. de regal. c. 3. n. 33.

LXVIII. Decimum regale fisci sunt bona quæ indignis auferuntur: indigni appellantur qui ex defuncti hereditate aliquid capere possunt, & capiunt etiã, sed quod coeperunt retinere nequeunt, quod vel testator vel lex eos indignos iudicavit, *Sixtin. de regal. cap. 12. n. 2. & Bocer. in d. cap. 3. n. 40. & seqq.*

LXIX. Sed horũ bona ira fisco vindicantur; Nisi quædam illorum specialiter quibusdã concedantur, ait Fridericus Imperator: Quod quibus casibus accidat eleganter explicuere *Borcholt in d. cap. unic. quæ sint regalia. n. 77. & Sixtin. in d. tract. cap. 12. n. 32. & seqq.*

LXX. Undecimum regale fisci sunt bona contrahentium incestas nuptias, quæ in fiscum redigi etiam ante Fridericum Imperatorem cavit *Iustin. in Nov. 12. c. 1. & Authent. incestas C. de incest. Nupt.*

LXXI. Duodecimũ sunt bona damnatorũ ac proscriptorũ. Damnati hoc loco sunt illi, qui publico iudicio afficiuntur: Proscripti vero illi qui deportati sunt. *Alvaros. ad cap. unic. quæ sint regalia Sixtin. de regal. c. 14. Diss. Duaren. ad tit. ff. de bonis damnat. Cuiac. in paratit. C. de bonis proscript. Bocer. d. c. 3. n. 60. No. 134. c. fr. et a*

LXXII. Etsi verò olim dimidia tantum pars liberis illorum relicta fuerit, altera dimidia in fiscum relata *l. 10. C. de bon. proscript. l. 1. §. liberis ff. de bonis damnatorum.*

LXXIII. Justinianus tamen & æquitate rei & commiseratione liberorum motus novissimè constituit, ut omnes liberi legitimi & usq; ad tertium gradum parentes; etiam fiscum excludant: Deficientibus vero liberis & parentibus fiscus admittatur, cognatis & agnatis penitus exclusis. *Nov. 134. cap. ult. eleganter Bocer. in d. c. 3. n. 71. & seqq. Sixtin. in d. cap. 14.*

Deei.

LXXIV. *Decimum tertium* regale fisci sunt Angaria & parangaria: Quæ quid significant, admodum cōtroversū est inter Interpp: Verior tamen ac cæteris præferenda videtur interpretatio & conjectura *Boceri*: Qui per angarias & parangarias intelligit præstationem equorum privatorum ad cursum publicum perficiendum, vel onus ali- quod in causa publica deportandū. *Bocer. in d. c. 3. n. 247. vide & Sixtin. in cap. 15. de Regalibus. Vult. de feud. cap. 5. n. 7. Borcholt ad. d. cap. unic. qua sint regalia. n. 84.*

LXXV. *Decimum quantum* est collatio extraordinaria ad felicissimam regalis numinis expeditionem. Quæ usq; adeo propria est imperatoris ut princeps, comes, Baro imperij aut civitatū magistratus absq; Imperatoris ac statuū imperij cōcessione subditis suis collectam extraordinariam imponere non possit. *arg. l. un. C. de superindicto, & arg. l. vectigalia 10. & l. fin. C. de vectigal. Bocer. de regal. cap. 3. 218.*

LXXVI. *Decimum quintum* regale fisci sunt Argentariae, quas recte vulgo interpp: de argenti aut metallorum fodinis interpretantur. Contra *Eguinarium Baronem Sixtin. de regal. ca. 18. Vult. d. cap. 5. n. 7. Bocer. in d. c. 3. n. 151. & seqq.*

LXXVII. *Decimum sextum* regale fisci sunt palatia in civitatibus consuetis, hoc est jus inhabitandi regia palatia; quod aliàs nemini concessum est præterquam regi, & cui is hoc concesserit. *arg. l. quicumq; C. de oper. public. Vult. in d. cap. 5. n. 7. Hotom. in d. cap. unic. qua sint regal. vide omnino Sixtin. in cap. 19. L. un. C. de pal. & dom. l. f. C. de off. leg. priv.*

LXXVIII. *Decimum septimū* sunt piscationū redditus. Et si n. *Cujacius* pro piscationū legat picariatum; tamen refragatur ipsi constans lectio omnium exemplariū, & sufficienter refutatur à *Sixtino* in *d. tractat. de regal. cap. 20. Bocero in d. c. 3. n. 140. & seq. vide Gödd. in l. 17. n. 12. d. V. S.*

LXXIX. Piscationum vero redditus nihil aliud hâc significat

cat quam vectigal piscariorum quod ob piscationem, quæ in mari & fluminibus fit Imperatoris fisco præstatur. *Bocer d. cap. 3. n. 142. Harprecht ad §. fera n. 149 I de R. D.*

LXXX. Jus igitur piscandi, ut & venandi male regalibus annumeratur; quod tamen non ignobiles juris Interpp: decepti textu cap unic. quæ sint regalia inter regalia retulerunt: Quorum errorem bene detexit, *Harpr. in d. pr. n. 144: & seqq: Vult. d. c. 5. n. 7. Bocer. in d. tractat. de regal. Cap. 1. n. 30. & seqq: Diss Pruckman, in tractat. de regal. §. venatio. cap. 1. Herz. quest. 15. n. 44. Crom. l. 7. §. 16.*

LXXXI. Decimum octavum est Salinarum reditus, qui ad fiscum pertinent, etiam si Salinæ in privatorum prædiis inventa fuerint. *Vide Sixtin, in d. tractat. cap. 20. n. 7. & seqq: Bocer. d. cap. 4. n. 175.*

LXXXII. Decimum nonum regale fisci sunt bona committentium crimen læsæ maiestatis: Hec n. fisco inferuntur: Etiam si cõdemnato liberos habuerit legitimos aut parentes primi, secundi aut tertij gradus, parte t. *Nov. 134. in fine & Auth. Bona damnatorum, C. de bonis proscriptorum. Regner. Sixtin in d. tractat. cap. 14. n. 16. & seqq: Contus. ad l. quis quis. s. C. ad L. Jul. majest. Diss Bocer. in d. tractat. de regal. c. 3. n. 100. & seqq. *de crim. maj. l. 5. c. 16.**

LXXXIII. Vigésimum & ultimum regale fisci est dimidium thesauri in loco Cæsaris inventi non datâ operâ vel loco religioso: *Bocer. d. c. 3. n. 178. Sixtin, in d. tractat. cap. ult.*

LXXXIV. Datâ operâ, adeoq; etiam magicâ arte invento, fisco in totum cedit *d. cap. unic. quæ sint regalia Vult. d. cap. 5. n. 7. Ros. in synopsis feudali cap. 5. concl. 89. D. B. Bocer. in d. cap. 3. n. 80.*

LXXXV. Atq; hæc sunt regalia fisci, præcipua saltem, quæ in d. cap. unic. *Friedericus recensuit*, præter quæ, dubium nullum est, quin alia plura reperiantur: Sed tamen hæc enumerasse pro instituti nostri ratione sufficiat.

F I N I S.

Wittenberg, Diss., 1587-1612

ULB Halle

3

002 392 011





SB

VD17

Retrokonv,








B.I.G.

Farbkarte #13



FEVDALIS  
 ATIO V.  
 De  
**LIBVVS.**  
 am,  
 ante gratiã  
 Vitebergensium  
 lemia,  
 AESIDIO  
 RICHI HVNNII  
 Hefsi U. J. D.  
 i cauffa proponit  
 REINECCIUS  
 a-Saxo.  
 oris & loco folitis.

BERGÆ  
 ij Seuberlichij.

12.

